Quelle: https://manuscripta.at/?ID=37917
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Archiv



2

potestatis adripisci. Ad hoc decernimus vt nulli omni hominum facultas sit viam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere minuere vel temerariis vexationibus fatigare. Sed omnia integra conseruentur eorum pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt vsibus omnimodis profutura. Salua metropolitani iure reuerentia. Obeunte vero tempore eius loci abbate nullus in abbatem ibi qualibet suggestione astutia seu violentia preponatur sed quem fere communis consensus vel saltem pars consilii sanioris sibi dei timorem prouiderint regulariter elegendum. Signa igitur futuri ecclesiastica secularesue persona hanc nec constitutionis paginam sicuti contra eam temere venire tentauerit secundo tertioue commonita si non satisfactione congrua emendauerit priuatus honoris sui dignitate careat reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri ihu xpi alienus fiat atque in extremo examine districti vltionem subiaceat. Cunctis autem eidem loco iura seruantibus sit pax domini nostri ihu xpi quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inuenient amen.

Calixtus

Calixtus episcopus seruorum dei dilectis filiis Hermanno abbati et canonicis in hospitali ecclesie sancti Rudberti Salzburgensis regularem vitam professis tam presentibus quam futuris in perpetuum. Iustis petentium

3

inhabitantibus per apostolicam diuinitus precipitur cum pauibus occurrere fugientibus. Porro nos filios ecclesie de seculo fugientes gaudentes excipimus et per sancti spiritus gratiam sedis apostolice munimine confouemus. Dicit namque canonicorum ordinem quem per dilectissimum filium nostrum Chunradum Salzburgensem archiepiscopum in urbe est ecclesia instituis pontificum priuilegio pagina confirmamus. Statuimus enim vt nulli omnino hominum liceat eundem ordinem in urbe ecclesie immutare. Et ne tuum post professionem exhibitam premium quod habere ne ne sine abbatis vel congregationis licentia clarissimi cohabitationem deserere liceat interdicimus et tam nos quam predecessores apostolice protectione munimus bonis itaque rationibus suis ecclesiis in eadem religione manentibus ea omnia pacifice possidenda sancimus que in presentiarum pro communis victus sustentatione legitime possidere videmur et que iustis deinceps rationibus poteritis adipisci. Ad hoc decernimus vt nulli hominum facultas sit iuram ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere vel temerariis vexationibus fatigare. Sed omnia integra conseruentur eorum pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt vsibus omnimodis profutura. Salua metropolitani iure reuerentia. Ad hoc adiicientes statuimus vt obeunte primo loci abbate nullus in abbatem qualibet suggestione astutia seu violentia preponatur nisi quem fere communis consensus vel saltem pars consilii sanioris sibi dei timorem prouiderint regulariter elegendum. Signa igitur futuri ecclesiastica secularesue persona hanc nec constitutionis paginam sicuti